

**DE REB. METALL.**

mina Caluus orator cohibuit libidinem, teste Plinio, ut vires corporis laboristudiorum custodiret. Nonnulli easdem affectis membris imponunt: sed hos ad medicos relegamus.

E plumbeis tabulis, seu (ut Suetonius appellauit) chartis, codices olim fuisse factos constat: quales sub terra inuentos in sepulchris scimus Neapoli, & vnum nobis monstrauit vir nobilis Hadrianus Gulielmus, totius antiquitatis investigator diligens. Plumbeis sarcophagis imposita orbis terra rum lumina duo, Martinus Lutherus, & Philippus Melanchthon. Plumbeos globos è tormentis manuarijs explodunt milites, inuento videlicet malo, ut metallum aliorum omnium maximè molle, hominem de vita tolleret.

Plumbum nigrum. **Bley.**  
Plumbago. **Glanz / oder gedigen bley.**

Lapis plumbarius. **Wleherß.**  
**Viride**